



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. An possit nunc idem p. Bern.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

P. Bernardini voluntate stant : tum quia admodum paucos ejus commutationis fama perveniet ; Vt quid enim tam per multos evulgare necesse sit ?

30. **F**inis impoſitus, tam eſſet huic quaſtioni, niſi illud vellem non prætermittere. Aſſero enim mihi ſatis probabili fieri, P. Bernardinum cõmunicaſſe quidem poteſtatem commutandi ſuum pium iuramentum P. Provinciali: ſed illam à ſe non abdiçaſſe: quod idem eſt, atque aſſerere, non privative, ſed cumulative P. Provinciali conceſſiſſe; ex quo ſequitur, P. Bernardinum ex ſe poſſe, cum commutatione facere, atque, ſi ipſe præveniat Patrem Provinciale, prævaliturum ſuam commutationem: ut accedit in ſimilibus eadem poteſtate ſuſtinentibus in quibus datur locus præventioni, &c.

32. Secundò, quia pari modo Episcopus, v. g. vel Delegatus à Principe ad universitatem causarum, qui alium subdelegare potest, *c. fin. de off. deleg. inie. & c. cum causam, de app. jud. c. ad iudiciis*, vel Prælatus quicumque regularis; communicant quidem subinde suam aliquam auctoritatem Vicario, Subdelegato, Confessario Monasterij vel conventus: & non raro addunt se concedere totam suam auctoritatem ad agendum, ad dispensandum, ad absolvendum: at non propterea suam potestatem ab eis delegant, vel renuntiant. Ita Ergo videtur in casu nostro.

33. Tertio, quia juramentum, cum sit lex privata, quam sibi indicit jurans, est interpretandum ita, ut minus, quam possit præjudicet juranti, nisi contrarium expresse de ejusdem jurantis intentione constet. Cum ergo expresse non constet de intentione P. Bernardini, quæ voluerit facultatem commutanti suum juramentum in melius omnino, se renuntiare; præsumendum est nequaquam renuntiasset, sed eam sibi retinuisse. Quod autem juramentum, servata proprietate verborum, sit ita interpretandum, ut quantum minor potest, obligatio inducatur, quia semper præsumitur jurans minus voluisse suæ libertati nocere; est doctrina nimis vulgaris; & potest videri apud Abbatem, Sylvest. Suar. alioq. apud Cast. 3, tr. 1.4. d.2. de jur. p. 14. lege etiam Laym. lib. 4. c. 3. n. 4.

34. Necque te scrupulis commoveat quasi non poterit P. Bernardinus eam facultatem nominandi, eligendi, & commutandi sibi post professionem, retinere, potuisse enim dices ex dictis per similem occasionem à Castr. t. 3. tr. 16. d. 4. p. 1. §. 1. n. pref. 1. 2. & de Lugo tom. 1. de iust. d. 4. sect. 6. n. 111. quos, licet otium, lege, nam nobis id fuit persequi opus non est.

35. Summa igitur hujus Consilii est, P. Provinciale
posse validè, licitè, & congruenter legatum de mon-
achandis puellis, in subsidium Missionum transferre: ac
probabile esse, idem posse fieri ab ipso P. Bernardino, nisi
is eam potestatem à se abdicare expresse intenderit, quan-
do eam cum juramento P. Provinciali communicavit.

Laus Deo, Beatissima Virgini, ac Beato Aloysio.

LIBER